

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Parenti suo carissimo I. w. R. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Co. Mech. III, p. 75^b Ad Patrem. 500

Parenti suo carissimo I. W. R.
S. D.

Nullus mercator ex nundinis Lipsicis tam avidè lucrum expectat, quàm nos solemus literas tuas expectare: uerùm præclarè satisfecisti nobis misso Nicolao. Itaq; tibi agimus gratias ingentes pro hoc tuo officio, quòd libros nobis, quos uolebamus curasti. Magnum onus imponi nobis intelligimus, ut demus operam, ut tuæ summæ liberalitati nostra in studijs diligentia respondeat. Atque ego quidem polliceor, me pro uirili officium facturum esse: pudet planè uersuū, quos tibi nuper misistis, ac factos non propitijs misis. Nam cum Ambrosius hinc abiret, non concedebat emendandi spacium. Misimus tamen non ut uersus ipsos, sed ut studium atq; assiduitatem meam tibi probarem. Bene uale.

Sturno H. B.
S. D.

Etsi mihi literæ tuæ gratissimæ fuerunt, doctissime Sturne: tamen dicam uerè quod res est, puduit me in hoc officij genere anteuertere. Nam cùm de me præclarè meritis sis, decuit me multò antè spectum aliquod meæ erga te gratitudinis mittere. Malo autem simpliciter fateri culpam, apud te hominem prudentissimum, quàm desidiæ meæ prætexere ineptam aliquam excusationem. Illud tantum